

**BVLLA**  
**CONFIRMATIONIS ET**  
**NOVÆ CONCESSIONIS**  
Privilegiorum omnium ordinum  
Mendicantium.

*CVM CERTIS DECLARA-*  
*tionibus, Decretis & Inhibitionibus*  
*S.D.N.D. Pij Papæ V. Mo-*  
*tu proprio.*



**CONIMBRICÆ.**  
Apud Ioannem Barreterium.  
Anno, 1568.

# PIVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam  
Rei memoriam.



**H**TSI Mendicantium ordines, qui sedulū in vinea Domini quotidie exhibere non cessant famulatum, summo semper studio (etiā dū in minoribus essemus) amplexi sumus, ad summi tamē Apostolatus apicem (meritis licet imparibus) diuina fauente clementia assumpti, dum id mente recolimus, facere non possumus, quin eos propensiori charitate, & paterno affectu amplectamur: ac exinde p̄ suis sanctis studijs, honestisq; laboribus, proquē salute animarum, ab Apostolica Sede (cuius continuē pacem, & dignitatem ordines ipsi fortiter tutati sunt) tam spiritualia, quā temporalia subsidia, ornamentaque acciperint, & accipiant, quibus & sancta sua officia, ac vitam suam regularem facilius, atque expeditius exequi, & transigere possint: & ceterę religioſę personę, ordinesquē alij exemplo ipsorum promptiores, alacrioresq; ad sua officia persoluenda reddantur. Hinc est, quod nos attendentes, plerosq; ex venerabilibus fratribus no-

